Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

utatur mundis relinquis fructibus unde illa sublata sunt. sicut fontib;
utamur de quibus auri re aquā ad usum sacrificiorū certissime scimus.
Eadem est etiam ratio lauacrorū. Neque enim spm̄ deducere de aere
dubitamus. in quem scimus ire fumum ex aris omnib; et incensis
daemoniorum. Unde apparet illud esse prohibitum. ne in honorē
alienorum deorum aliqua re utamur. Aut ut existimemur sic eā
accipiendo. ut quāuis animo contemnamus eos tamen qui n̄rm
animum ignorent. ad haec honoranda. aedificemus. Et cum tēpla
idola luci. et si qui huiusmodi data potestate uertuntur. quāuis
manifestum est cum id agimus non ea nos honorare. sed potius detes
tari. ideo tamen in usus n̄ros priuatos dumtaxat et ꝓprios non de
bemus Inde aliquid usurpare ut appareat nos pietate ista destruere.
non auaritia. Cum uero in usus communes non ꝓprios ac priuatos.
uel in honorem dī ueri conuertuntur. hoc de illis fit q̄d de ipsis homi
nibus. cum ex sacrilegis et impiis. In uerum relegionem mutantur.
Hoc dš intellegitur docuisse illis testimoniis quae ipse posuisti. cum de
luco alienorum deorum iussit ligna ad holocaustū adhiberi. et de hie
richo ut omne aurum argentum. et aeramentū inferretur in thes
auros dn̄i. Quapropter etiam illud quod in deuteronomio scribtū est.
non concupisces argentum uel aurū illorum. nec accipies inde tibi
ne excedas propter illud. quoniam abominatio est dn̄o dō tuo. Et non con
feres execramento in domum tuā. et eris anathema sicut et illud est.
Et offensione offendes. et coinquinatione inquinaberis abominatione
illa. quia anathema est. satis apparet aut ipsos priuatos usus in talib;
esse ꝓhibitos. aut ne sic inde aliquid inferatur in domum. ut honoretur.
Tunc est enim abominatio et execratio. non cū in talibus sacrilegiis honor
apertissima destructione subuertitur. De escis autem idolorum
nihil amplius nos debere obseruare. quam quod precepit apostolus
certus esto. et ideo de hac re uerba eius recole. Quae sibi obscura essent.
p modulo nostro exponeremus. Non autē peccat qui cibū postea nesciens